

Cicerone, *De senectute*, 22

1. Quid iuris consulti, quid pontifices, quid augures, quid philosophi senes, quam multa meminerunt! Manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria, neque ea solum in claris et honoratis viris, sed in vita etiam privata et quieta. 2. Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit; quod propter studium cum rem negligere familiarem videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut, quemadmodum nostro male more rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem a re familiari removerent iudices; tum senex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat et proxime scripserat, *Oedipum Coloneum*, recitasse iudicibus quaesisseque num illud carmen desipientis videretur; quo recitato, sententiis iudicum est liberatus. 3. Num igitur hunc, num Homerum, Hesiodum, Simonidem, Stesichorum, num Isocratem, Gorgiam, num philosophorum principes, Pythagoram, Democritum, num Platonem, num Xenocratem, num postea Zenonem, Cleanthem aut eum quem vos etiam vidistis Romae, Diogenem stoicum, coegit in suis studiis obmutescere senectus? An in omnibus studiorum agitatio vitae aequalis fuit?

**NB: I numeri fra parentesi non si riferiscono al numero di riga del testo, ma alla frase/proposizione cui il termine appartiene.**

1. Indica il significato delle seguenti parole nel contesto di questo brano (8 punti)

A) *Ingenia* (1)

- 1) Creatività
- 2) **Capacità intellettuali**
- 3) Abilità compositive
- 4) Inventiva

B) *Studium* (1)

- 1) Studio
- 2) Zelo
- 3) **Interesse**
- 4) Competenza

C) *Claris* (1)

- 1) Chiari
- 2) Benestanti
- 3) Colti
- 4) **Famosi**

D) *Neglegere* (2)

- 1) Disprezzare
- 2) Negare
- 3) **Trascurare**

4) Tradire

E) *More* (2)

- 1) Intento
- 2) Tempo
- 3) **Uso**
- 4) Intendimento

F) *Desipientem* (2)

- 1) Sregolato
- 2) Insipido
- 3) **Incapace di intendere**
- 4) Inabile al lavoro

G) *Obmutescere* (3)

- 1) Cambiare
- 2) **Restare in silenzio**
- 3) Passare di moda
- 4) Diventare rimbambiti

H) *Agitatio* (3)

- 1) Confusione
- 2) Movimento
- 3) **Esercizio**
- 4) Perdita di tempo

2. Come si può riassumere il contenuto del brano? Seleziona una delle seguenti opzioni (1 punto)

A) Sofocle teneva la mente allenata durante la vecchiaia, scrivendo tragedie e condividendole con i familiari, felici del suo successo.

B) Sofocle scrisse tragedie fino alla vecchiaia. I familiari lo cercarono di interdire, perché spendeva troppe delle sue ricchezze in questa attività, così come fecero tanti poeti e filosofi antichi.

**C) Sofocle manteneva la mente allenata grazie alla sua attività e alla sua passione. Fu chiamato in giudizio dai figli, che lo volevano rimuovere dalla gestione del patrimonio di famiglia, ma ne uscì senza riportare alcun danno.**

D) Sofocle scrisse tragedie fino alla vecchiaia. I figli cercarono di farlo interdire, preoccupati che si stancasse troppo. Situazioni simili coinvolsero anche altri illustri poeti e filosofi dell'antichità.

3. Completa la seguente parafrasi del testo distribuito con una delle parole elencate qui sotto. Inserire ogni parola digitando la lettera corrispondente nel box (per es. A per "esse"), senza inserire la parola latina, senza aggiungere spazi o altri caratteri (8 punti)

A. esse — B. conservent — C. sua — D. statuit — E. qui — F. conservarent — G. menti — H. mentis — I. eum — L. permanerent — M. quibus — N. eius — O. eorum — P. stetit — Q. se — R. fuisse

Cum senes studium et industriam (**conservent**), ingenia (**sua**) manent. Sophocles scribere tragoedias ad summam senectutem non intermisit, sed filii sui, ut rem familiarem (**conservarent**), (**eum**) in iudicium vocaverunt. Ille *Oedipum Coloneum* declamare ad iudices (**statuit**) et valetudinem (**mentis**) suam demonstravit. Statim liberatus est a iudicibus, (**qui**) eum desipientem non (**esse**) intellexerunt.

4. Seleziona la risposta corretta alle seguenti domande basandoti sulla lettura del testo (4 punti)

A) Sophocles

- 1) philosophus fuit
- 2) comicus fuit
- 3) **auctor fuit**
- 4) iudex fuit

B) Ingenia senibus non manent

- 1) in vita privata et quieta
- 2) **si industria non permanet**
- 3) si fabulas scribunt
- 4) si clari viri sunt

C) Filii Sophoclis eum interdici volebant

- 1) quia voluntatem eius cognoscebant
- 2) ad ingenia eius asservanda
- 3) **ad rem familiarem asservandam**
- 4) cum eum aegrum esse putarent

D) Sophocles liberatus est

- 1) **quia sua ingenia demonstravit**
- 2) quia iudices *Oedipum Coloneum* cognoverunt
- 3) quia fabula sua iudicibus placuit
- 4) quia homo clarus erat

5. Leggi le seguenti affermazioni relative al testo e stabilisci se sono vere o false (8 punti)

A) In senectute omnium philosophorum memoria evanuit. **FALSO**

B) Omnes senes maiorem memoriam habent quam iuvenes. **FALSO**

- C) *Studium necessarium est senibus, qui bonam memoriam habere volunt.* **VERO**
- D) *Sophocles Oedipum Coloneum in senectute scripsit.* **VERO**
- E) *Sophocles in iudicium vocatus est a filiis, cum rem familiarem agendo fabulas suas dissipavisset.* **FALSO**
- F) *Romae male rem gerentibus patriis bonis interdici solet.* **VERO**
- G) *Sophocles iudicibus quaesivit si suam fabulam audire volebant, ut demonstrarent dementiam eorum.* **FALSO**
- H) *Senectus philosophis impedimento saepe fuit, quia facultatem oratoriam attenuat.* **FALSO**

6. Leggi le seguenti affermazioni relative al testo e stabilisci se sono vere o false (8 punti)

- A) *Ea* (1) si riferisce a *ingenia*. **VERO**
- B) *Sed* (1) introduce una subordinata avversativa. **FALSO**
- C) *Propter studium* (2) è un complemento di mezzo. **FALSO**
- D) *Cum rem... videretur* (2) può essere tradotto con valore causale. **VERO**
- E) *Ut* (2) introduce una subordinata consecutiva. **FALSO**
- F) *Proxime* (2) è un ablativo singolare. **FALSO**
- G) *Scripserat* (2) è un indicativo piuccheperfecto. **VERO**
- H) *Hunc* (3) si riferisce a *Sophocles*. **VERO**